



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis**

**Dietrich <von Engelsheim>**

**Münster, [1893-1897]**

47. Epistola missa capitulo Moguntino, ut appellationi capituli Paderbornensis contra dominum interiecte adhereant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

Mit Weglassung der Formalien im Auszuge wiedergegeben.

Venerabilibus et circumspectis viris dominis decano et capitulo ecclesie Moguntinensi, dominis nostris precipuis. 47.  
1430  
17. Sept.

. . . Dudum dominacioni vestre cuiusdam peregrine incorporacionis, potius destitutionis cathedre venuste . . . Paderbornensis materiam . . . dolenter deteximus, grataque vestra responsa, quod de vestro scitu et consensu hec latens unio nullatenus emanarit, neque umquam, quod fiat, consensuri, recepimus, adiicientes, vos pro conservacione ecclesie nostre . . . viis et viribus condecensibus velle partes vestras interponere. Quantas pro hiis oblati affectibus gratias referre merito deberemus, calamo exarare deficimus, nostrumque, ut petimus, defectum suppleat pietas et clemencia Redemptoris nostri.

Premissis igitur vestris consolacionibus . . . animati, ad vos . . . fautores nostros confidentes confugimus, . . . supplicantes, ut . . . causam nostram . . . amplectentes nobis . . . assistere dignemini.

Quia igitur unionis huiusmodi . . . materia in pontificalis dignitatis . . . Paderbornensis ecclesie . . . vergat dispendium . . . et non minus vestrum quam nostrum vertitur interesse et preiudicium, . . . ideo, quantum de iure valemus et iuramento prestito astringimur, ut . . . ecclesia nostra . . . in suis libertatibus, . . . conservetur, potius corporis et rerum, quam animarum dispendia sufferre, resistere et obviare . . . intendimus. Ideo ad remedium oppressorum accessimus, provocationis, cuius copiam presentibus annexam dirigimus interponendo et appellando, pia nostra prece vobis . . . flagitantes pro adhesione . . . adhibenda, reverendissimique domini nostri Theoderici . . . animum, quem precibus et obsequiis oblati mitigare nequivimus, vestris . . . monitis



mitigetis, (ut) ab inceptis perturbacionum dissidiis desistat . . . nosque libertatibus, graciis . . . possessis . . . uti, gaudere et frui . . . permittat . . . propter eterne vite retribucionis meritum, quod vobis concedat, qui sine fine regnat.

Scriptum Paderborne ipso die beati Lamberti episcopi, nostro sub secreto, anno Domini MCCCCXXX.

Devoti vestri prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis.

Up solke scriffte unde bodescop adhererenden unse genedige here van Mentze unde syn capitel darselves des capitels appellacien, hirvor bescreven, unde sanden des darup ere instrumente unde besegelde breve.

Copia littere capituli Moguntini ad papam Eugenium pro revocacione incorporacionis.

Mit Weglassung der Formalien im Auszuge wiedergegeben.

48. . . . Beatissime pater . . . ! Pridem nobis notificato,  
 Dñe quod . . . dominus archiepiscopus Coloniensis sue ecclesie  
 Datum. . . . obtinuit . . . incorporari literis apostolicis, taliter  
 qualiter expeditis, . . . ecclesiam Paderbornensem . . .  
 attento, quod eadem . . . ecclesia per divos Romanorum  
 imperatores . . . magnifice dotata et provisa, quodque  
 Maguntina (ecclesia), que inter Germanie . . . metro-  
 politanas ecclesias preeminencie culmen fidelitatisque  
 sancte sue matris Romane ecclesie agnomen obtinere  
 dinoscitur, . . . ipsa Paderbornensi tamquam principa-  
 liori et notabiliore sui membro cum aliis suffraganeis  
 adornata exstat, pensato quoque, quod ex huiusmodi  
 provisa . . . incorporacione nobis irrequisitis et contra